



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Svbscriptiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

populum suum miseratione diuina vocauit. Quanto igitur vita tua religiosior est, & præfata Pistoriensis ecclesia, cui auctore Deo præfides, existit beato Petro deuotior, tanto ex iniuncto apostolatus officio magis grata nobis incumbit necessitas, vt prænominatam ecclesiam tibi a Deo commissam auctoritate apostolica priuilegiis muniamus, & ei ius suum illibate & integre obseruemus. Ad exemplar igitur prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Urbani & Paschalis Romanorum pontificum præfenti decreto statuimus, vt vniuersa quæ impræfentiarum eadem ecclesia iuste & legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma sint tibi tuisque successoribus, & illibata permaneant. Statuimus etiam vt diocesis Pistoriensis episcopatus, sicut eius termini prædictorum nostrorum priuilegiis distincti sunt, sic in iure & conditione Pistoriensis episcopo sine alicuius molestia vel inquietudine perseuerent; per quos nimirum terminos subscriptæ capellæ & ecclesiæ constitutæ esse noscuntur.

## SVBSCRIPTIONES.

Ego Innocentius catholicæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Vilielmus Prænustinus episcopus subscripsi.

Ego Matthæus Albanensis episcopus subscripsi.

Ego Ioannes tituli S. Chrysogoni presbyter cardinalis subscripsi.

Ego Gottifredus cardinalis presbyter tituli S. Iustinæ subscripsi.

\*Ioannis Ego Lucas presbyter cardinalis tituli sanctorum \* Petri & Pauli subscripsi.

Ego Martinus presbyter cardinalis tituli sancti Stephani in Cælio monte subscripsi.

Ego Gregorius diaconus cardinalis tituli sanctorum Sergii & Bacchi subscripsi.

Ego Guido diaconus cardinalis sanctæ Mariæ in Via lata subscripsi.

Ego Odo diaconus cardinalis sancti Georgii subscripsi.

Ego Ioannes diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano subscripsi.

Datum Pisis per manum HaimERICI sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi cardinalis & cancellarii, xii. Kalendas Ianuarii, indictione duodecima, incarnationis dominicæ M CXXXIII. pontificatus vero domini Innocentii papæ II. anno quarto.